

Ipsa enī ē sicut totū vniuersale. sed ad esse totius vniuersalis sufficit positio vniuersalis suarū partium. Sicut ad positionem animalis sufficit positio huius. Ideo ad veritatem disiunctiue sufficit veritas vniuersalis partium. Et quo patet quod ad possibilitatem disiunctiue sufficit possibilitas alterius suarū partium. Et similiter ad necessitatem eius sufficit necessitas vniuersalis partium. quia eadem ratio est de possibilitate et necessitate sicut de veritate etc. Sciendum tertio quod ad falsitatem disiunctiue requiritur vtriusque partem esse falsam. Ratio est quia si tantum una sit falsa. et alia vera cum ad veritatem eius sufficiat veritas vniuersalis partium ipsa erit simpliciter vera. Et non poterit dici falsa. Ideo ad hoc quod ipsa sit falsa requiritur falsitas vtriusque partis. Sicut ad destructionem totius vniuersalis requiritur destructio omnium suarū partium subiectinarum. Ex quo sequitur quod ad impossibilitatem disiunctiue requiritur impossibilitas vtriusque partis. quia si vna pars esset possibilis ipsa tota diceretur possibilis. Et ad contingentiam eius requiritur vtriusque partem eius esse contingentem vel quod vna sit possibilis et alia contingens. quia si vna sit necessaria et alia contingens tota diceretur necessaria. Et hoc intelligendum est in affirmatiuis quare contrario modo intelligendum est in negatiuis etc. Sciendum quarto quod dupliciter contingit arguere in disiunctiuis. Vno modo a tota disiunctiua cum destructione vniuersalis partium ad positionem alterius partium. ut bene sequitur homo est animal vel equus est lapis. Sed equus non est lapis. ergo homo est animal. Secundo modo arguendo a veritate vniuersalis partium disiunctiue. Ad veritatem totius disiunctiue bene sequitur hec est vera homo currit. ergo hec est vera homo est azinus vel homo currit. Et eodem modo posset argui a falsitate totius disiunctiue ad falsitatem vtriusque partis et e converso.

29
Contra predicta arguitur primo sic. Hec est disiunctiua. Omnis propositio est vera vel falsa cum ibi sit coniunctio disiunctiua et tamen ibi non sunt due categorice. ergo male diffinitur disiunctiua propositio. Secundo sic disiungere et coniungere cum sint actus oppositi non possunt simul conuenire eidem. sed coniunctio disiunctiua habet disiungere propositiones. ergo per ipsam non coniunguntur due categorice propositiones. Tertio sic. Omne totum integrale ponit simul omnes suas partes. Sed disiunctiua est quoddam totum integrale cum ipsa integretur ex duabus categoricis. ergo ponit vtriusque partem simul. Et sic ad veritatem eius non sufficit veritas vniuersalis partium tantum. Quarto sic disiunctiua non ponit veritatem aliquius partium eius. quia non ponit veritatem prime nec secunde. ergo ad eius veritatem non requiritur veritas vniuersalis partium. Quinto sic hec est disiunctiua falsa omnes homines sunt azini vel homines et azini sunt azini et tamen pars vna eius est vera scilicet azini sunt azini. ergo ad falsitatem disiunctiue non requiritur falsitas vtriusque partis. Ad primum dicitur quod hec coniunctio vel coniungit inter terminos. sic illa non est disiunctiua. sed est vna categorica de disuncto predicato cuius predicatum est hoc totum scilicet verum vel falsum. Et sic est vera. Sed si coniungit inter propositiones sic est disiunctiua falsa. Et in ea sunt due categorice scilicet iste omnis propositio est vera. et omnis propositio est falsa. Ad secundum dicitur quod licet coniungere et disiungere non possint conuenire eidem in idem et respectu eiusdem tamen bene respectu diuersorum. Et hoc modo simul conueniunt coniunctioni disiunctiue que coniungit voces et disiungit signifi-